Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35165
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

multa namque studet in conspectu mulieris amena
verba proferre se illis placere credentes sed fatuus
et indiscretis sermonibus utantur quod revera inreabi-
li deceptione fallunt plurima namque suis laborat
inopia quod dum stulta gerit se credit sapienti placere
Amorem est attenuat in deum blasphemia vel
in sanctos suos illata et ecclesiastice religionis irrisio
et etiam pauperibus facta detractio studiose Preterea
violentus amor decrescere invenitur si aliquis infide-
lis reperiatur amanti vel si aliud firmiter fateatur
ore et aliud in corde retineat fraudulenter Decre-
scit etiam amor si ultra quam deceat contingat aman-
tem divitias congregare vel pro rebus modicis facile
litigare Multa preterea sunt que possumus de amoris atte-
nuatione narrare que tue sollicitudini relinquimus
penitus indaganda Nam a deo te videmus negociis
aliis penitus derelictum amoris exercicio deditum et
in amandi proposito confirmatum quod nichil te potius
in amoris arte latere quam in ea nichil discretissimum
relinquis Hoc est te volumus nullatenus ignorare
quod postquam amor incipit evidenter decrescere cito
deficit nisi aliquo sibi remedio succurratur

De fine Amoris

Breviter autem de amoris tractatu discussis
qualiter ipse amor finiatur videamus in primis
siquidem amor finem agnoscit si unus amancium
alteri frangat fidem vel conetur frangere fidem vel
si in fide katholica deprehendit errore finem quem